



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Svbscriptiones Episcoporvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

lum, quod admisit, per publicam pœnitentiam digna satisfactione componat.

ANNO
CHRISTI
581.

XIX.

Can. 12.
huius Con-
cilii.

Et licet priori titulo legatur definitum, quid de puellis, quæ se diuinis cultibus, aut parentum, aut sua voluntate dicauerint, debeat obseruari: tamen quia monacha nomine Agnes, quæ de monasterii septis fuga ante aliquot annos discesserat, in eodem est monasterio reuocata; & dicitur, instigante diabolo, agellos vel quascumque res ad se pertinentes, aliquibus potentibus velle donare, dummodo per eorum patrociniū se possit de intra monasterii sui septa subtrahere, & voluptatibus sæculi clandestina vel singulari habitatione vacare: ideo præsentī constitutione sancimus, vt tam illa, quam quæcumque alia monacha, quæ sub hac argumentatione se de religionis habitu ad illecebras sæculi subtrahere, aut res suas pro tam iniquæ deliberationis causa quibuscumque dare censuerit, tam illa quæ hoc dare voluerit, quam illi quicumque hoc acceperint, ne, quod Deus auertat, ambitionis instinctu religionis videatur regula vitari, tamdiu sint a communionis gratia sequestrati, quamdiu res ipsas eis, a quibus has acceperant, digna pœnitentiæ satisfactione restituant.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Priscus in Dei nomine episcopus ecclesiæ Lugdunensis constitutionibus nostris subscripsi.

Euautius peccator episcopus ecclesiæ Viennensis constitutionibus nostris subscripsi.

Artemius episcopus ecclesiæ Senonicæ constitutionibus nostris subscripsi.

Remedius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Bituricæ constitutionibus nostris subscripsi.

ANNO
CHRISTI
581.

Gallomagnus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Tricastinæ constitutionibus nostris subscripsi.

Silvester in Christi nomine episcopus ecclesiæ Vefontienfis constitutionibus nostris subscripsi.

Syagrius episcopus Æduorum constitutionibus nostris subscripsi.

¹³ Aunacharius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Autisiodorensis constitutionibus nostris subscripsi.

¹⁴ Hefychius episcopus ecclesiæ Gratianopolitanæ constitutionibus nostris subscripsi.

Victor episcopus ecclesiæ Tricastinæ constitutionibus nostris subscripsi.

Heraclius episcopus ecclesiæ Diniensis constitutionibus nostris subscripsi.

Ragnoaldus episcopus ecclesiæ Valentiniæ constitutionibus nostris subscripsi.

Namatius episcopus ecclesiæ Aurelianensis constitutionibus nostris subscripsi.

Eusebius episcopus ecclesiæ Matiscenensis constitutionibus nostris subscripsi.

Agricola episcopus ecclesiæ Neuernensis constitutionibus nostris subscripsi.

Mummolus episcopus ecclesiæ Lingonicæ constitutionibus nostris subscripsi.

Flavius episcopus ecclesiæ Cabilonensis constitutionibus nostris subscripsi.

Hiconius episcopus ecclesiæ Mauriennatis constitutionibus nostris subscripsi.

Pappus episcopus ecclesiæ Aptensis constitutionibus nostris subscripsi.

Artemius episcopus ecclesiæ Vafensis constitutionibus nostris subscripsi.

Martianus episcopus ecclesiæ Tarantasiæ constitutionibus nostris subscripsi.

Explicit Synodus Matiscensis, quæ fuit facta¹⁵ anno 21. regni domni nostri Gunthramni regis, die Kalendarum Nouembrium indictione 15.

NOTÆ IACOBI SIRMONTI
SOCIETATIS IESV.

¹ *Anno Christi DXXCI.* Editionis Venetæ auctores Concilium hoc anno 576. habitum notarunt: quia nimirum huic anno congruere putabant annum Gunthramni 12. quem in fine Synodi adscriptum legerant. In editione Colonienfi collocatum est in anno 582. atque hunc annum Gunthramni fuisse volunt decimum octauum. Ceterum indictio 15. de qua libri omnes consentiunt, utrosque refellit, mense Nouembri designans annum Christi 581. Quare hoc anno celebra-